



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De insidijs, & ijs qui proximis insidiantur. cap. xxi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-71880)

A *Vita prospexitatem tentationum loco plerisque contingunt. Solent peccata ex incon-*
ditarum turbarum multitudine, ac rerum abundantia nasci.

De insidiis, & ijs qui proximis insidianter. CAP. XXI.

L A C V M aperuit, & effodit eum: & incidit in foueam quam *psal. 7.9.*
 fecit. In laqueo hoc, quem absconderunt mihi, comprehē-
 sus est pes eorum. Foderunt ante faciem meam foueam, &
 56.
 inciderunt in eam. Cadent in retiaculo ~~ad~~ peccatores. *140.*

B Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui voluit lapidem, *Pro. 26.*
 reuertetur ad eum. Homo, qui blandis factisque sermoni-
 bus loquitur amico suo, rete expandit gressibus suis. *29.*

Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui dissipat sepem, mordebit eum colu- *Ecls. 10.*
 ber. Qui transfert lapides, affligetur in eis: & qui scindit ligna, vulnerabitur
 ab ijs.

Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui statuit lapidem proximo, offendet *Ecli. 27.*
 in eo: & qui laqueum alij ponit, peribit in illo. Facient nequissimum consilium,
 super ipsum deueluetur: & non agnoscet vnde adueniat illi.

C *Discipulus, qui magistro suo insidias parat, Indam illum magistri sui proditorem natus.*
 imitatur.

*De hostibus, & eorum ruina: & quod hostium calamitate gauden-
 dum non sit. CAP. XXII.*

C V M ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas: & in ruina eius ne *Pro. 24.*
 exultet cor tuum, ne forte videat Dominus, & displiceat ei, &
 auferat iram suam ab eo. Ne læteris ob eos qui malefaciunt.

D Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitierit, da ei aquam *25.*
 bibere: prunas enim congregabis super caput eius, & Domi-
 nus reddet tibi.

Ne læteris inimica mea super me, quia cecidi: cōsurgam. Ne *Mich. 7.*
 læteris ob filios Iuda in die interitus eorū, & ne iactes te in die tribulationis eorū.

Hæc dicit Dominus: Pro eo quod plausisti manu, & percussisti pede, & ga- *Ezch. 29.*
 uisa es ex toto affectu super terram Israël, idcirco ego extendam manum meam
 super te, & tradam te in direptionem Gentium, & interficiā te de populis, & per-
 dam te de terris, & conteram. Hæc dicit Dominus: Pro eo quod dixisti, Eu- *Ibid.*
 ge euge super sanctuarium meum quia pollutum est, & super terram Israël quia
 desolata est, & super domum Iuda quoniam duci sunt in captiuitatem: idcirco
 ego tradam te filiis Orientalibus in hæreditatem, & colloca bunt caulas suas in
 E te, & ponēt in te tentoria sua. Ipsi comedent fruges tuas, & ipsi bibent lac tuum.
 Daboque Rabbath in habitaculum camelorum, & filios Ammon in cubile pecorum.

Aliorum plaga emendari, atque ex iporum calamitatibus documentum nobisipsis ca- Na
 pere debemus.

Te ipsum tueri: alterius autem casum ne rideas.

*Ne vicini casum rideas. Verum tu quidem, quām tutissimē poteris, incede: ei autem, qui
 humi iacet, manum porrige.*

*Benignos nos in eos, qui prius in calamitates inciderunt, esse, ac per misericordiam no-
 bis misericordiam conciliare oportet.*

In alienis calamitatibus rebus nostris commode prospicere, ac Deo misericordiam